



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

17 Vtrum damnari vellent suos propinquos esse da[m]natos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

rum, & post diem iudicij.

¶ Secundo Vtrum damnati vellent suos propinquos esse damnatos.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum damnati post diem iudicij uideant gloriam sanctorum.

¶ 1. or. 147.
4. di. 50. q. 2.
art. 9. §. 1. o.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod damnati post diem iudicij uideant gloriam sanctorum. Sicut enim se habet gloria ad miseriam, ita miseria ad gloriam: sed de perfectione gloria sanctorum est ut uideant miseriam damnatorum, ut habetur Isaia ult. Egre dientur, & videbunt cadauera impiorum. ergo & de perfectione miseria damnatorum est, ut uideant gloriam sanctorum, & sic post diem iudicij quando in miseria perfecta erunt, videbunt gloriam sanctorum.

¶ 2. Prat. Post diem iudicij nulla afflictio a danaris subtrahetur: sed nunc affliguntur damnati ad hoc quod uideant gloriam sanctorum, secundum illud Isa. 46. Videant, & confundantur zelantes populi. ergo & post diem iudicij gloriam sanctorum uidebunt.

SED CONTRA. Omnis delectationis materia damnatis post diem iudicij subtrahetur: sed uideant sanctorum gloriam est quedam materia delectationis. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod uidere gloriam beatorum dupliciter contingit. Vno modo, ut capiatur quid sit ipsa gloria, & qualis, & quanta, & sic nullus potest uidere gloriam, nisi qui est in gloria. Superat enim & desiderium, & intellectum eorum qui non sunt in ea. Hoc. n. est manna absconditum, & nomen nouum scriptum in calculo, quod nemo nouit, nisi qui accipit, ut habetur Apocal. 2. Alio modo contingit uidere gloriam beatorum, ut uideantur ipsi beati esse in quadam gloria inenarrabili & excedente intellectum. Et sic damnati ante diem iudicij uident gloriam sanctorum, non autem post diem iudicij, quia tunc erunt penitus a sanctorum consortio alienati, ut qui ad summum iam miseriam perueniunt, & ideo nec etiam sanctorum consortio digni habebuntur: nam uident, aliquod consortium habet cum eo quod uidet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uidere miseriam damnatorum omnino erit sanctis ad gloriam, gaudebunt. n. de iustitia Dei, & de sua euasione, secundum illud Pl. Latrabit iustus cum uiderit uindictam: sed uidere sanctorum gloriam aliquid perfectionis importat, qua post diem iudicij damnati priuabuntur.

AD SECVDVM dicendum, quod damnati in inferno existentes post diem iudicij memores erunt gloriae sanctorum, quam ante iudicium & in iudicio uiderunt, & sic cognoscent nos esse in maxima gloria, quam uis non uideant ipsos beatos, nec eorum gloriam, & ita inuidia torquebuntur, & sic afflictio que est in eis nunc ex tali uisione, manebit uisione sublata, de quo et magis dolebunt uidentes se etiam uisione sanctorum indignos reputatos.

AD illud quod contra obijcitur, dicendum, quod uidere sanctorum gloriam non est materia delectationis, nisi secundum primum modum uisionis uideatur, qualiter a damnatis nunquam uidetur: secundo autem modo uidere, & non habere, est magis afflictionis causa propter inuidiam.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum damnati uellent suos propinquos esse damnatos.

4. di. 50. q. 2.
art. 9. §. 1. o.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod damnati non uellent suos propinquos esse damnatos.

Ros. Dicitur enim Luca decimosexto, quod dicitur in inferno damnatus petebat Lazarum mitti ad fratres suos, ut testaretur illis ne uenirent in locum tormentorum: petitio autem est uoluntatis designatio. ergo damnati non uolunt suos propinquos damnari.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 14. super illud. Surrexerunt de folijs suis, dicit gl. Solutio est damnatis socios habere sua pena: ergo ipsi uellent omnes esse damnatos.

RESPON. Dicendum, quod uitia spiritualia in damnatis committuntur, quod significatur Ezech. 32. ubi dicitur de impijs, quod cum armis suis ad infernum descendunt, & ideo in eis perfecta inuidia est, ad quam prius dolere de bono alterius quod inuenit, & sic et uellet ocs pati malum quod ipse patit. Liberari. n. a malo, quoddam bonum est. Quod idem inuidia in aliquibus est in hac uita tantum inualefcit, ut suis propinquis in inferno intendant de bonis que non habent ipsi. Vnde multo amplius damnati in uida stimula uellent suos propinquos cum omnibus alijs esse damnatos, & dolebunt si sciant aliquos esse saluatos: sed tamen si non omnes debent damnari, sed aliqui seruari, magis uellent suos propinquos quam alios a damnatione liberari, quia in hoc etiam inuidia torquebuntur, si uideant saluari alios & suos damnari, & per hunc modum dicitur damnatus uolebat suorum damnationem.

H Et sic patet solutio ad obiecta.

QUESTIO VIII.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrum in inferno sit tantum pena ignis, uel etiam pena aque.

RESPON. Dicendum, quod de pena corporali damnatorum, utrum scilicet sit ibi tantum pena ignis, uel etiam pena aque, & uidetur quod sic per illud Job 24. de impijs. Transibunt ab aquis nium ad calorem nimum.

SED CONTRA. Omnis delectatio & refrigerium damnatis aufertur: sed non potest esse sine quodam refrigerio, quod aliquis afflicus calore ad frigus aqua transeat, uel e conuerso. ergo talis penarum alternatio non erit in damnatis.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Basilus exponens illud psal. 28. Vox domini intercedentis &c. In fine mundi ignis diuidetur & alia elementa, & quicquid est in eis pulchrum & clarum remanebit superius ad gloriam beatorum: quod uero est in eis fetulentum & poenofum, descendet in infernum ad poenam damnatorum, & ita sax rotis creaturae in infernum colligetur, & erit danatis in penam, & non solum patietur poenam ignis. Iustum est enim ut qui creatorem offenderunt, ab omni creatura puniantur. Vnde dicit sap. 5. quod orbis terrarum puniatur pro illo contra inferos.

Ad illud autem quod in contrarium obijcitur dicendum, quod ex huiusmodi uarietate penarum nullum erit in damnatis refrigerium. Ignis enim & aqua, & huiusmodi non agent in corpora damnatorum actione nature, ita quod relinquunt suas qualitates in corporibus damnatorum secundum esse nature, sicut ignis relinquit calorem in lignis que facit esse calida: alioquin cum contraria non possint esse simul in eodem, oporteret corpora damnatorum suas qualitates perdere, & sic transmutata natura or ganorum